Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mille artes habeo ad
decipiendum genus hu
manum. Tunc uocauit
alium et dixit ei. Tu uero
quo nomine uocaris?
Demon ꝛc. Neptunus.
quia in hac fouea mul
tos precipitaui homines
et dimersi in infernali
bus penis. Sanctus
pontifex dixit. Ut quid
gestatis igneas cathe
nas in manibus uestris?
Demones dixerunt. Quo
niam quando animas
hominum decipimus cum his
cathenis ducimus ad ma
gistrum nostrum. Sanctus
Marcialis dixit. Quo
nomine censetur magi
ster uester? Demones
dixerunt. Rixoaldus. Pon
tifex dixit. Quare uo
catus est Rixoaldus?
Demones dixerunt. Quia
semper rixam desiderat
et cum ira et indigna
tione permanet. Tunc depre
cati sunt pontificem demo
nes dicentes. Depreca
mur te domine ne ultra lo
quaris nobiscum la
tino sermone. sed hebraico
aut qualicumque uoluis
lingua. quia tu omnes
scis et intelligis linguas
Sed et in hoc deprecamur
clementiam tuam. ne nos
mittas in habissum uel
in mare occeanum. Tunc
beatus marcialis hebraica
lingua dixit. Adiuro
uos per dominum nostrum ihesum
xpm. quem iudei cruci
fixerunt. ut eatis in lo
cum desertum. ubi nec
auis uolat. nec habita
tio hominum est. et ibi sitis
usque in diem iudicii
nullam ledentes crea
turam. Ad hanc uocem
permane uacuum uolan
tes. nusquam comparue
runt demones. Dux
autem et omne uulgus cunc
tusque exercitus ex diuersis